

& communi consensu progredientes ad bellum contra Benjamitas , occiderunt ex illis viginti quinque millia armatorum hominum . (Iudic . 10 . 46 .) Adeo ut ex toto numero Benjamitarum , remanserint tantum sexcenti viri . (ibidem ver- su 47 .)

11. Zambri ex tribu Simeon , publicè ingressus est in lapanar ad fœminam Madian itidem . Pœna sequitur : *Quod cum vidisset Phinees , arrepto pugione , perfudit ambos simul in locis genitalibus .* Et propter hoc factum laudatus est Phinees , tanquam vir zelosus pro honore Dei : Et loco præmij accepit à Deo promissionem sempiterni sacerdotij in sua familia . (Num . 25 . 6 .)

12. Sichem , filius Hemor , oppressit Dinam filiam Iacob ex Lia , sororem Simeonis & Leui . (Genesis 34 . v . primo .) Secuta est vltio . Nam Simeon & Leui , arreptis gladiis , occiderunt non tantum Sichem & Hemor , sed omnes masculos totius ciuitatis ; & ciuitatem deprædati sunt , auferentes eorum oues , armenta , asinos , vxores , paruulos . (ibidem v . 24 .)

13. De Sodomitis , quomodo puniti sint , narratur Genet . 19 . 24 . Dominus plus super Sodomam & Gomorram sulphur & ignem de cœlo : & subvertit ciuitates has , & omnem circa regionem , uniuersos habitatores urbium , & cuncta terra viuentia .

14. Hæc omnia (teste Apostolo 1 . Cor . 10 . 11 .) scripta sunt ad correptionem nostram , vt caueamus ab adulteriis , & aliis peccatis carnalibus , quæ iam recensita sunt : ne similiter , ac Iudæi , à Deo puniamur . Potest & aliud hinc colligi . Nempe ,

Legem

Legem Mosaicam , vt alibi dixi , multo fuisse im- perfectionem , quam sit Euâglica . Illa prohibebat peccata externa ; hæc etiam interna . Quo spectat illud Christi in Euangeliō : *Audistis , quia dictum est antiquis : Non mæchaberis . Ego autem dico vobis , quia omnis , qui viderit mulierem ad concupiscendum eam , iam mæchatus est eam in corde suo* Matthæi 5 . 27 .

C A P V T XXV .

1. **D**E Seruis & Ancillis multa statuta sunt in lege Mosaica , præsertim Exodi 21 . Leuit . 25 & Deuteronomij 15 . Compendium omnium est hoc . Primo , Hebræi non poterant ex suo populo habere seruum vel ancillam , per modum mancipij , sed tantum ex gentilibus . Itaque soli gentiles (quod etiam intelligitur de proselytis ad iudaïsmum conuersis) poterant esse perpetui & hereditarij Hebræorum serui . 2. Si aliquis Hebræus fieret seruus gentilium , debebat redimi ab Hebræis . 3. Si fieret seruus Hebræorum , non tractabatur , vt mancipium , sed vt mercenarius . 4. Nec seruiebat perpetuo , sed ad certum tempus . 5. Si habebat vxorē Hebræam , fetuiebat usque ad annum septimum , seu sabbaticum . Et tunc ambo liberi exhibant . 6. Si autem herus ipsius , qui ipsum emerat , dedisset illi vxorem gentilem (nam Hebræam dare non poterat) quæ verè esset serua seu

L1 man

§ 10 Caput vigesimumquintum
mancipium, & ex illa haberet liberos; tunc quidem poterat liberari anno septimo, si vellet, sed relicta apud herum uxore & liberis. 7. Si tamen maluisset manere apud herum suum, & apud uxorem & liberos; poterat quidem id facere, sed tantum usque ad annum iubilaeum. Vxor tamen & liberi manebant in perpetua seruitute: Nisi vel redimenterentur a suis gentilibus: Vel certe, nisi heus excusisset illis dentem aut oculum. Tuncenim pro compensatione illius iniuriæ, debebat eos liberos dimittere.

2. Hic tria notanda sunt. Primo, Libertas Hebreorum erat corporalis, & opponebatur seruituti corporali. At libertas Christianorum est spiritualis, & opponitur seruituti spirituali. De quo loquitur Christus Ioannis 8.34. *Omnis, qui facit peccatum, seruus est peccati.* Et paulo post. *Si vos filii liberaverit, vere liberi eritis.* Et Apostolus Rom.8.2. *Lex spiritus vita in Christo Iesu liberavit me à lege peccati & mortis.* Et ad Galat. 4.31. *Non sumus ancille sicut, sed libera: qua liberate Christus non liberavit.*

3. Secundo, sicut vetus Testamentum fuit figura noui Testamenti; ita libertas Mosaica fuit figura libertatis Evangelicae. Et sicut Moses eduxit Hebraeos ex corporali seruitute Aegyptiorum; ita Christus eduxit nos ex spirituali seruitute diaboli & peccati.

4. Tertio, Tanta est perfectio & prærogativa libertatis Evangelicae, ut non curet aut timeat seruitutem corporalem. Vnde Apostolus prima Corinth. septimo, versu 26. *Vnuquisque in qua vocazione (id est, vita conditione) vocatus est, in ea permaneat. Seruus vocatus es; Non sit tibi cura: sed & si*

potes

De Seruis & Ancillis, &c. § 11
potes fieri liber, magis utere: scilicet seruitute ob maiorem humilitatem & patientiam.

De Mercenariis.

5. De Mercenariis sic statutum est: *Non morabitur opus mercenarij apud te usque mense.* Leuit. 19. 13. Quod alibi sic explicatur: *Non negabis mercedem indigenis & pauperis fratrii tui, siue aduenie, qui tecum moratur intra portas tuas: sed eodem die reddes ei premium laboris sui ante solis occasum, quia pauper est, & ex eo sustentat animam suam: ne clavet contra te ad Dominum, & reputetur tibi in peccatum.* Deuteronomij vigesimo quarto, versu decimo quarto. Eodem sensu senior Tobias dixit iuniori. *Quicunque tibi aliquid operatus fuerit, statim ei mercedem restitue, & merces mercenarij tui apud te omnino non remaneat.*

6. Nota. Nomen mercenarij in novo Testamento sumitur duplice. 1. In sensu iam dicto. Nempe pro famulis, seu operariis, qui mercede conducuntur ad laborandum, vt Marci 1.20. *Et reliquo patre suo Zebedeo in nauic cum mercenariis, secuti sunt eum.* Et Lucæ 15.v.17. *Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus: ego autem hic fame pereo.*

2. Pro Pastoribus Ecclesiæ, qui etiam accipiunt mercedem pro labore prædicandi Euangelium, & Sacraenta administrandi. Hi iterum duplices sunt. Alij boni Pastores, qui nihil aliud accipiunt, quam necessariam vitæ sustentationem: Neque tam pecuniam subditorum desiderat, quam salutem. De quibus Apostolus prima Timoth. 5.18. *Dignus est operarius mercede sua.* Et 1. Corinth. 9.11. *Sin nos vobis spiritualia seminavimus, magnum est, si nos*

L 2 carne

¶ 12 Caput vigeſimumquintum

carnalia uestra metamus? Et infra v.14. Ita & Dominus ordinavit iis, qui Euangelium annuntiant, de Euāgelio uiuere. Alij mali, qui magis querunt mercedem & proprium commodum, quam salutem & utilitatem ouium sibi commissarum. De quibus Christus Ioannis 10,11. Ego sum pastor bonus: Bonus pastor anima suam dat pro ouibus suis. Mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius non sunt oues propria, uidet lupum venientem, & dimittit oues, & fugit. Et paulo post: Non periret ad eum de ouibus. De similibus conqueritur Deus per Prophetam Ezech.34. Vnde Pastoribus Israēl, quis pascebāt semetipſos: Nonne greges a pastoribus pascentur? Lac come debatis & lanis operiebamini, & quod crassum erat, occidebatis: Gregem autem meum non pascebatis. Tales non pauci hoc tempore,

De peregrinis & pauperibus.

7. De his sanctis sunt hæc. Primo, Cūon messuēris segetes terra iua, non rondebis usque ad solum superficiem terra, nec remanentes spicas colliges: neque in vinea tua racemos & grana decidentia congregabis, sed pauperibus & peregrinis carpēda dinnites. Leuit.19,9. Idem facies in manipulo, quem oblitus es in agro, & in frugibus oliuarum. Deut.24,19.

8. Secundo, Indigens & mendicus non erit inter vos; vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in terra, quam traditurus est tibi in possessionem. Deuter.15,4. Duplex potest esse sensus. Prior, Ne patiaris Hebraeum mendicare, sed subueni, vt benedicat tibi Deus. Posterior, Tanta erit bonorum abundantia, si legem Dei serues, vt nemo cogatur mendicare. Vide Emanuelem Sa in notationibus.

9. Tertiū,

De Seruis & Ancillis, &c.

513

9. Tertiū, Si unus de fratribus tuis ad paupertatem venerit, non obdurabis cor tuum, nec conirabes manum, sed aperies eam pauperi & dabis manuum, quo eum indigere perspiceris. ibidem v.7. & 8. Hæc sententia conformis est priori sensui praecedentis.

10. In lege Euangelica, omnes debent se abstinare peregrinos, itiuxa illud 1. Petri 2,11. Charissimi, obsecro vos, tanquam aduenas & peregrinos abstinere vos a carnalibus desideriis, qua militant aduersus animam. Et secunda Corinth.5,6. Dum sumus in corpore, peregrinamur a Domino. Sicut enim Iudei quadraginta annis peregrinati sunt in deserto, antequam venirent ad terram promissionis; ita nos, totò tempore huius vitæ, peregrinamur in hoc mundo, antequam perueniamus ad patriam nostram cœlestem. Illorum peregrinatio fuit figura nostræ peregrinationis.

11. Paupertas, propter exemplum Christi, debet esse ærumnosa & pudenda. Lucæ 6,20. Beati pauperes, quia uestrum est regnum Dei. Et Iacobi 2,5. Audite fratres mei dilectissimi: Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, dimites in fide, & heredes regni quod repromisit Deus diligenteribus se? Et 1. Corinth.1,28. Ignobilia mundi & contemptibilia elegit Deus. Et capite quarto, versu undecimo. Usque in hanc horam & esurimus, & siti mus, & nudi sumus. Et infra: Rogo ergo vos, imitatores mei estote, sicut & ego Christi.

LI 3 CAPVT

C A P V T XXVI.

De Reformatione.

RE SP VBLICA Hebræorum ab initio fuit benè à Deo constituta, & optimis ac sanctissimis legibus roborata. Sed quia sèpè defecit à primæua sua perfectione, & in varios abusus degeneravit; necesse fuit sèpè illam reformare, & in pristinum statum restituere. De hac reformatione aliquid dicendum est. Fuit autem triplex reformatio. Prima circa cultum Dei. Altera circa iustitiam inter Hebreos seruandam. Tertia circa bellum. Incipiam à prima.

Reformatio circa cultum Dei.

2. Igitur Reformatio circa cultū Dei fuit valde frequēs, quia Hebrei sèpè à cultu veri Dei ad idolatriam delapsi sunt. Primo sub Mose, quando vitulū aureum adorarunt. Exodi 32.4. Secundo, post mortem Iosue, quando cœperunt adorare Baal & Astaroth. Iudic. 2.11. & cap. 3.7. Tertio, post mortem singulorum Iudicum sequentium. Iudic. 2.19. Et hoc durauit usque ad initium Samuelis. 1. Reg. 7. versu 3. Quarto tempore Salomonis, quando & ipse, & vxores illius colebant idola. 3. Reg. 11.4.

3. Post Salomonē, facta regni diuisione, cœperunt esse duo regna: alterum Iuda, in quo erant duæ tribus: alterum Israël, in quo erant decem. Et quidam

De Reformatione.

515

quidem regnum Israël, sub primo suo Rege Iero-boā, defecit à cultu veri Dei, & cœpit vitulos aureos adorare. 3. Reg. 12. versu 28. In qua defectio ne permanxit. At in regno Iuda sèpè quidem defectio facta est, sed non durauit. Prima facta est sub Roboam. 2. Paralipom. 12.1. Secunda sub Ioram. 2. Paralipomenon 21.11. Tertia sub Joas, mortuo Ioiada Pontifice. ibidem, cap. 24.17. Quarta sub Amasia. cap. 25.14. Quinta sub Achaz. cap. 28.2. Sexta sub Manasse. 4. Regum 21. versu 3. Hæ sunt præcipuae defectiones.

4. Reformatio fuit etiam multiplex. Prima à Mose facta per interfectionem viginti trium mil lium hominum, qui vitulum adorauerunt. Exodi 32.28. Secunda à Deo, per varias calamitates & oppressiones, tempore Iudicūm. Iudic. 2.14. & deinceps. Tertia à Samuele, per paternam monitionem. 1. Regum 7.3. Quarta ab Asa, qui purgauit terrā à sordibus idolorum. 3. Regum 15.13. Quinta à Iosaphat, qui perfecit purgationem ab Asa inchoatam. Ibidem cap. 22.47. Sexta à Ios, viuentे adhuc Ioiada Pótifice, per instauracionem templi. 2. Paralip. 24.4. Septima ab Ezechia, qui abstulit omnem idolatriam, & verum Dei cultum restituit. 4. Regum 18.4. & 2. Paralip. 29.3. Octaua à Iosia, quia iterum abstulit omnia idola, excelsa, lucos; & instaurauit templum Domini; & fecit Phase Domino; & adiuranit subditos, ut promitterent se legem Dei seruaturos. 4. Regum 22. & 2. Paralipomenon 34. & 35.

5. Hæ reformatio[n]es factæ sunt in regno Iuda. Potro in regno Israël bis aliquid tentatum. Primo ab Elia Propheta, qui tempore Achab & Ieza-

Li & belis

belis, reduxit populum in duas partes claudicantem ad Deum, miraculo ignis de cœlo missi super sacrificium, & occidit 450. Prophetas Baal. 3. Reg. 18. 21. Secundò à Iehu Rege Israël, qui deleuit totam familiam Achab, & interfecit omnes Prophetas & Sacerdotes Baal; & statuam Baal conbuscit igne; & ad in Baal conuerit in latrinam. 4. Reg. 10. 11. Nihilominus non restituit cultum veri Dei. Sic enim habet textus ibidem v. 28. *Deleuit itaque Iehu Baal de Israël: veruntamen à peccatis Ierobo: in filio Nab. ut, qui peccare fecit Isr. él, non recessit, nec dereliquit vitulos aureos, qui erant in Bethel, & in Dan.* Tametsi ergo sustulerit unam sectam idololatriæ, quæ adhærebat Baal, non tamen sustulit, sed promovit aliam sectam idololatriæ, quæ vitulos aureos adorabat.

6. Similis vicissitudo in Ecclesia CHRISTI ha-
stenus seruata est. Multæ factæ sunt defectiones à
vera fide: non quidem vniuersales, sed particula-
res. Prima, tempore Apostolorum, per Simonem
Magum, Cerinthum, Ebionem, Menandrum,
Nicolaum Antiochenum. Aliæ per alios hæreti-
cos subsequentes, vt per Saturninum, Basilidem,
Cerdonem, Valentiaum, Marcionem, Mōtanum,
Nouatianos, Donatistas, Manichæos, Sabellia-
nos, Arianos, Macedonianos, Priscillianistas, Pe-
lagianos, Nestorianos, Eutychianos, Berengarios.
Nouissimè, per Hussitas, Lutheranos, Caluinistas,
Anabaptistas.

7. Multæ etiam reformationes adhibitæ. 1. Per
vigilantiam Apostolorum. 2. Per alios Ecclesiæ
Pra'atos & Doctores, inter quos excelluerunt Ire-
næus, Cyprianus, Athanalius, Hilarius, Optatus

Mile

Mileuitanus, Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, Prosper. 3. Per Cōcilia generalia, in quibus hæ-
retici damnati sunt; vt Ariani in Nicæno, Macedo-
niani in Cōstantinopolitano, Nestoriani in Ephesino, Eutyches & Dioscorus in Chalcedonensi, &
sic deinceps. 4. Per Synodos prouinciales. 5. Per Religiosos. Nā sicut in V.T. multi extraordinarij
Iudices à Deo excitabantur ad liberandum popu-
lū à seruitute & oppressione: ita in Ecclesia Chri-
sti, varijs temporibus Religiosi Ordines exci-
tati sunt, qui populum in doctrina & morib[us] re-
formarent, hæreticos euerterent, sanam fidem re-
stituerent. 6. Per seueras Principum & Imperato-
rum leges & pœnas in hæreticos constitutas, qua-
les multæ sunt in Codice Iustiniani. 7. Per violen-
tam hæreticoru[m] extirpationem. 8. Per disputatio-
nes, scriptiones, & similia certamina contra hære-
ticos suscepta & inita. Denique, quæ optima re-
formandi ratio est, per seriā Cleri ac Praelatorum
emendationē. Quæ si non adest, parum proficitur.

8. Et, vt nihil deesset ad plenā analogiā veteris ac noui Testamenti, sicut in veteri idololatræ
idololatras aliquādo persequebantur; ita in nouo
hæretici hæreticis infesti sunt. In qua re imitantur
exemplum Iehu. Nam is quidem, vt iam dixi, etat
idololatra, & colebat vitulos aureos; & tamen ex
quodā zelo reformationis, interficiebat Propheta-
tas & cultores Baal. Sic faciunt hæretici. Non pro-
feram vetera exempla: noua sufficiunt. Lutherani
infesti sunt Caluinistis. Caluinistæ seipso lacerat,
perdunt, execrantur. Nam alij Arminiani sunt,
alij Gommaristæ. Hi illos acerrimè persecun-
tur. Illi vicissim hos damnant, & diris omnibus

L 1 § deuo

§ 18 Caput vigesimum sextum
deouent. Vtrobique zelus prætenditur.

Reformatio circa iustitiam inter Hebraeos
seruandam.

9. Huius reformationis illustre exemplum habemus in Iosaphat rege Iuda, qui facta prius reformatione circa cultū Dei, voluit etiam externā politiā reformare, & pacis ac iustitiæ conseruandæ normam præscribere. Quo pacto id præstiterit, refertur 2. Paral. 19. 4. his verbis: *Habuit ergo Iosaphat in Ierusalem, rursumque egressus est ad populum de Bersabee usque ad montem Ephraim; & renocauit eos ad Dominum Deum patrum suorum. Constituitque Iudees terrae in cunctis ciuitatibus Iuda munius per singula loca, & præcipiens Iudicibus; Vide, ait, quid facias? Non enim hominis exercetis iudicium, sed Domini: & quodcumque indicaueritis, in vos redundabit. Sit timor Domini vobiscum, & cum diligentia cuncta facite: non est enim apud Dominum Deum nostrum iniqutus, nec personarum acceptio, nec cupido munera.*

In Ierusalē quoque constituit Iosaphat Lenitas, & Sacerdotes, & Principes familiarum ex Israël, ut iudicium & causam Domini indicarent habitatoribus eius. Precepitque eis, dicens: Sic agetis in timore Domini fideliter & corde perfecto. Omne causam, que venerit ad vos fratrum vestrorum, qui habitant in urbibus suis inter cognationem & cognationem, ubiqueque quæstio est de lege, de mandato, de ceremoniis, de iustificationibus; ostendite eis, ut non peccem in Dominum, & ne veniat ira super vos & super fratres vestros. Sic ergo agentes non peccabitis.

Amarias autē Sacerdos & Pontifex uester, in his qua ad Deum pertinent, præsidabit. Porro Zabadias filius

Ismahel,

De Reformatione.

§ 19
Ismahel, qui est Dux in domo Iuda, super ea opera erit, que ad Regis officium pertinent.

10. Dixi c. 11. q. 1. duplex fuisse Tribunal seu Iudiciū apud Iudæos. Vnū maius, quod erat in Ierusalē, ad difficiliores controværias decidendas: Alterū minus, quod erat in aliis ciuitatibus Iuda, ad cōmunes & quotidianas causas iudicandas. Vtrūque progressu temporis fuerat pene collapsum. Hoc loco Iosaphat vtrūque restituit ac reformat. Et primo generatim monet Iudices, vt cogitent se nō hominis, sed Dei iudiciū exercere. Et hoc sensu vocari solent dij, id est, Vicarij Dei. (Exodi 22. 8.) Deinde speciatim, vt abstineant à tribus peccatis, quæ solēt esse in corruptis & peruersis Iudicibus. 1. Ab iniquitate. 2. A personarū acceptance. 3. Ab acceptance munierum. Huiusmodi peruersi Iudices fuerunt Samuelis. 1. Reg. 8. 3. Non ambulauerunt filii illius in viis eius: sed declinauerunt post auaritiam, acceperuntque munera, & peruerterunt iudicium.

Reformatio circa Bellum.

11. In hac reformatione duo spectanda sunt. 1. Leges belli à Deo præscriptæ, de quib. c. 17. q. 2. dictū est. 2. Apparatus belli, de quo hic dicendum. Est autem duplex apparatus. Vnus cōsistit in munitionibus, præsidis militariibus, armatura, comeatu. Alter in ipsa exercitus dispositione, ductione, & ad certamen trione. De priori agam. Est autem hæc regula seruanda, quod eiusmodi apparatus non debeat fieri in ipso belli initio aut progressu, sed lōgē ante belli susceptionē, iuxta illud Christi Lucæ 14. 31. *Quis Rex iturus cōmittere bellum aduersus*

sue

520 Caput vige sextum

sus alium Regem, non sedens prius cogitat, si possit cum decem milibus occurtere ei, qui cum viginti milibus venit ad se? Alioquin adhuc illo longe agente, legationem mittens rogat ea qua pacis sunt. Quod hic dicitur de apparatu militum, debet etiam intelligi de apparatu armorum, munitionum, & aliorum, quae ad bellum necessaria sunt.

12. Ex hac parte fuit magnus defectus tempore Saulis, quando filii Israël debebant pugnare contra Philistæos. 1. Quia erant tantum sexcenti Israëlite (reliqui enim præ timore erant dilapsi) contra infinitam Philistæorum multitudinem. 2. Quia nullus in toto exercitu Israëlitarum habebat gladiū aut hastam, nisi solus Saül, & filius eius Ionathas. 1. Reg. 13. 5. Philistium congregati sunt ad praliandum contra Israël, triginta milia curruum, & sex milia equitum, & reliquum vulgus, sicut arena, qua est in littore maris plurima. Et infra: Quod cū vidissent viri Israël, abscederunt se in speluncis & in abditis. Et iterum v. 15. Recensuit Saül populum, qui inueni fuerant cum eo, quasi sexcentos viros. Et ibidem v. 19. Porro faber ferrarius non inueniebatur in omni terra Israël. Cauerant enim Philistini, ne forte facerent Hebrei gladiū aut lanceā. Et denique v. 22. Cumque venisset dies prælii, non est inuenitus ensis & lancea in manu totius populi, qui erat cū Saüle & Ionatha, excepto Saül & Ionatha filio eius.

13. Hunc defectum restaurauit Azarias, seu Ozias Rex Iuda, qui & in munitionibus, & in milibus, & in omni armorū genere, & in comeatu, fecit magnum belli apparatum, ita ut omnibus vicinis hostibus esset terrori. Sic enim de eo legitimus 2. Paralip. 26. 9. Aedificauit Ozias turres in Ierusalem super portam anguli, & super portam vallis, & reliquas

De Reformatione.

521

in eodem muri latere, firmavitque eas. Extruxit etiam turrem in solitudine, & effodit cisternas plurimas, eo quod haberet multa pecora, iam in campis tribus, quam in eremi vastitate. Vineas quoque habuit, & vitores in montibus, & in Carmelo: erat quippe homo agricultura deditus. Fuit autem exercitus bellatorum eius, qui procedebant ad prælia sub manu Iebiel scribe, Maasiaque Doctoris, & sub manu Hanania, qui erat de Ducibus Regis. Omnisque numerus Principum, per familias virorum fortium, duorum millium sexcentorum. Et sub eis uniuersus exercitus trecentorum & septem millium quingentorum, qui erant apii ad bella, & pro Rege contra aduersarios dimicabant. Praparauit quoque eis Ozias, id est, cuncto exercitui, clypeos, & hastas, & galeas, & loricas, arcusque & fundas ad iaciendos lapides. Et fecit in Ierusalem diuersi generis machinas, quas in turribus celocassit, & in angulis murorum, ut mitterent sagittas & saxa grandia. Egressumque est nomen eius procul, eo quod auxiliaretur ei Dominus, & corroborasset illum.

14. Ex hoc Oziæ exemplo discant Reges & Principes, duo potissimum esse necessaria ad apparatum bellicum. 1. Ut sint coniuncti cum Deo. Hoc enim significatur ultimis illis verbis: Eo quod auxiliaretur ei Dominus. 2. Ut etiam adhibeant humana præsidia. Cuiusmodi sunt hæc. 1. Munitio-nes, 2. Aedificauit Ozias turres in Ierusalem. 2. Exercitus. Uniuersus exercitus trecentorum & septem millium quingentorum. 3. Armatura. Praparauit cuncto exercitui clypeos, & hastas, & galeas. 4. Comeatus. Eo quod haberet multa pecora, & vineas.

FINIS.